AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 110r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& his que fiebant · timuerunt ualde dicentes · Vere · filius
dei erat iste · Marcus sic · Videns autem centurio qui ex aduer
so stabat · quia sic clamans exspirasset ait · Vere · homo hic
filius dei erat · Lucas sic · Videns autem centurio quod factum
fuerat · glorificauit dnm dicens · Vere · hic homo iustus erat ·
Non est contrarium quod matheus uiso terremotu · dicit admiratum
centurionem · & eos qui cum eo erant · cum lucas dicat hoc eum
admiratum quod emissa illa uoce exspirasset · ostendens quia in
potestate habuerit · quando moreretur · In eo quippe quod idem matheus
non solum dixit uiso terremotu sed etiam addidit · & his que
facta erant · integrum locum fuisse demonstrauit luce ut
diceret centurionem ipsam dni mortem fuisse miratum · quia
& hec inter illa est que tunc mirabiliter facta erant · quam
quam & si matheus illud non addidisset · intelligendum erat
cum multa miranda facta fuerint · & omnia centurio & qui cum eo
erant mirari potuerint · liberum fuisse narrantibus quid quisque
illum miratum commemorare uoluisset · nec eos sibi repugnare ·
cum alius illud alius illud diceret fuisse miratum · quando omnia ille fuerat
miratus · Quod autem alius ait centurionem dixisse · uere filius dei
erat iste · alius autem · uere homo hic filius dei erat · non mouebit
eum cui non exciderit tam multa superius similiter dicta & ex
po n · sita · Ad unam quippe sententiam utraque uerba con
currunt · Hec quod alius tacuit homo · alius dixit · ullomodo
contrarium est · magis quod lucas non ait centurionem dixisse
filius dei erat · sed iustus erat · potest putari diuersum · sed uel
utrumque dictum a centurione intelligere~~mus~~ debemus · & aliud
alios aliud istum commemorasse · uel fortasse lucam exprimere
uoluisse sententiam centurionis · quomodo dixerit ihm
filium dei · Forte enim non eum unigenitum equalem patri